



## **Codex diplomaticus Brandenburgensis**

Sammlung der Urkunden, Chroniken und sonstigen Quellenschriften für  
die Geschichte der Mark Brandenburg und ihrer Regenten

Sammlung für allgemeine Landes- und kurfürstliche  
Haus-Angelegenheiten

**Riedel, Adolph Friedrich**

**Berlin, 1861**

83. Kurfürst Albrecht verlobt seinen Sohn Friedrich mit Sophia, der Tochter  
des Königs Casimir von Polen, am 7. Dezember 1473.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56615](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56615)

83. Kurfürst Albrecht verlobt seinen Sohn Friedrich mit Sophia, der Tochter des Königs Casimir von Polen, am 7. Dezember 1473.

Albertus, Dei Gratia Marchio Brandenburgensis, Sacri Romani Imperii Archicamerarius, Princeps Elector, Stetinensis, Pomeranie, Cassubiorum ac Slavorum Dux, Burgravius Nürenbergensis et Rügii Princeps, Significamus tenore Presentium Vniuersis, quibus expedit, harum notitiam habituris; Quod quemadmodum Nos Serenissimum Principem Dominum Casimirum, Regem Polonie, Magnum Ducem Litvanie, Russie, Prussie Dominum et Heredem, Dominum et Fratrem Nostrum charissimum, per nostros notabiles et prefertim Reverendum Patrem Dominum Friedericum, Episcopum Lubucensem, Cancellarium nostrum, et alios Oratores et Nuntios postulamus et affectamus, ut Serenitas Sua Illustrissimam Principem Virginem Sophiam, natam Serenitatis Sue, Illustri Principi, Domino Friderico, Marchioni Brandenburgensi etc. nato nostro in Coniugem dare dignaretur, et id ipsum a Sue Serenitatis Oratoribus et Consiliariis, Generoso et Venerabili Paulo de Jasyeneytz, Capitaneo Belfensi, Chelmenfi et Curie Regalis Marsalco, et Stanislao de Kurozwanki, Canonico Cracoviensi, Vladislaviensi et Supremo Regie Majestatis Secretario specialiter, personaliter et nostre vocis composulavimus oraculo. Qui utpote Oratores, Nuntii et in hac re sufficienti fulti Mandato Procuratores, prout hoc latius Mandatum nostrum exprimit et ostendit, quod in presentia nostra representaverunt et Nobis dederunt et reliquerunt nomine prefati Serenissimi Domini, ac Fratris nostri Regis Polonie Nobis dixerunt et solemniter promiserunt, prefatam Illustrissimam Principem Virginem Sophiam copulari debere prefato Principi Friderico Marchioni, Nato nostro, pro tempore condictando, pro die et Dominica Letare proxime futura in oppido Regni Polonie dicto Miedzyrzecz, in quo loco et pro eodem tempore de die et tempore Nuptus et Copulationis Dotisque et Dotalitii ac etiam de Inscriptionibus, Vnionibus, Confoederationibus etc. inter Regnum, Terras et Dominia prefati Domini Regis Polonie, Ducatusque et Dominia Marchionatus ceterorumque Principatuum nostrorum et de aliis omnibus, que circa talia dicenda, tractanda et concludenda esse debent et sunt consueta, concludere debent et determinare inscribereque et consummare. Quam quidem promissionem per eosdem Oratores et Procuratores prefatos, ut premittitur factam, in omnibus suis punctis et clausulis Nos acceptavimus, ac gratam atque ratam habuimus et acceptamus, gratam atque ratam habemus per presentes et vicissim ipsis, utpote Oratoribus ac Procuratoribus Serenissimi Domini et Fratris nostri Regis Polonie, nomine Serenitatis sue Regie diximus, promisimus, presentibusque dicimus et solemniter promittimus, prefatum Illustrrem Principem Natum nostrum, Dominum Fridericum Marchionem Brandenburgensem copulari debere prefate Illustrissime Principi Virgini Sophie, Nate Serenissimi Domini Regis predicti, pro tempore condictando pro die et Dominica Letare proxime futura, in oppido Miedzyrzecz, in quo loco et pro eodem

tempore de die et tempore Nuptus et Copulationis Dotisque, et Dotalitii ac etiam de Inscriptionibus, Vnionibus et Confoederationibus etc. inter Regnum, Dominia et Terras Serenissimi Domini Regis Polonie, Ducatusque et Dominia Marchionatus ceterorumque Principatuum nostrorum et de aliis omnibus, que circa talia dicenda, tractanda et concludenda esse debent et sunt consueta, concludere debent, et determinare inscribereque et consummare. Quam quidem promissionem per Nos, ut premittitur, factam, in omnibus suis punctis et clausulis predicti Oratores et Procuratores nomine Regis acceptaverunt et gratam atque ratam habuerunt. In cuius rei testimonium et evidentiam Sigillum nostrum presentibus fecimus subappendi. Datum in Castro nostro Cadoltzburg, septima Mensis Decembris, Anno Domini millesimo quadringesimo septuagesimo tertio.

Nach Dogiel, Cod. Pol. I, 412.

84. König Kasimir von Polen bevollmächtigt Gesandte zum Abschluß des Heirathscontractes für seine Tochter Sophia mit dem Markgrafen Friedrich von Brandenburg, am 1. Januar 1474.

Casimirus, Dei Gratia Rex Polonie, Magnus Dux Lituanie, Ruffie, Pruffieque Dominus et Heres etc. Significamus tenore presentium quibus expedit Vniuersis, Quod cum Illustrissimi Principes Domini Albertus, Sacri Romani Imperii Archicamerarius et Elector Marchioque Brandenburgensis, Stetinensis etc., Burgrabius Norimbergensis Princepsque Rugie, et Fridericus, natus suus, Fratres nostri charissimi, gerant in desideriiis et affectu, singularis amicitie et affinitatis conglutinationem Nobiscum inire et ingredi, ex Contractu Matrimonii inter Illustrissimam Natam nostram Sophiam, carissimam secundogenitam, et prefatum Dominum Fridericum, eiusdem Domini Marchionis Natum, Nos considerato dictorum Principum tali affectu, Nobiscum in strictiori quam ceteri amicitie et affinitatis vinculo convivere volentium quamque nullo Pacto repudiandam et spernendam esse censuimus, matura intra Nos deliberatione prehabita, et sano Prelatorum, et Baronum nostrorum ad id accedente consilio, Reverendum in Christo Patrem Andream, Episcopum Pofnaniensem, et Magnificos Stanislaum, Palatinum Calisiensem, Joannem Pofnaniensem et Dobrogost de Ostrorog Gnesnensem, Castellanos, Consiliarios nostros sincere dilectos, quorum Nobis cognita est legalitas et in rebus agendis peritia, omnibus melioribus modo, via, iure, stilo, forma, causa et Ordine, quibus melius et efficacius potuimus et valuimus possumusque et valemus, de certa nostra scientia in Oratores nostros negotiorumque nostrorum gestores, factores, expeditores, nuntiosque speciales et generales,